

3

TESTIMONIA DO
CTORVM LEGVM, ARTEM

*Chymicam esse licitam, pro-
bantia.*



LDEND. DE PONTE IN
suo cōsilio 74. incip. An Al-
chymista, asseuerat. Quod
Alchymiste, qui ex stanno,
plumbo uel alio uili metallo, producūt
argentum uel aurum, repræhendendū
nō sint, sed potius laudibus profecuen-
dī, dummodo hoc non faciant per ar-
tem Magicam, uel aliam artē odiosam
legibus. De quibus artibus habetur in
L. i. C. de thesaur. lib. x. Quemadmo-
dum enim qui metallorum inuestiga-
tione exercentur, multis priuilegijs a
Legum latoribus decorantur, ut tot. tit.
C. de metallis lib. xi. Sic quoq; Alchy-
miam, tanquam naturæ ipsius imitatri-
cem propter publicam utilitatem, quæ
ex ea resultare uidetur, magno leges fa-
uore profecquuntur.

Nec dicendum est, quod Alchymiste

a ij mutens